

Paul Tarnow Andreas Hojer

**Disputatio De Discrimine Peccati Venialis Et Mortalis : In qua primum vera
nostrarum Ecclesiarum sententia de hoc capite doctrinae Christianae breviter
exponitur: Deinde, quae eidem opponuntur a Sacramentariis & Pontificiis,
modeste expenduntur & examinantur**

Rostochii: Saxo, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737674164>

Druck Freier  Zugang



Vat.: a. Mojanus

P. Tarnovius.

R. U. theol. 1614.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737674164/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737674164/phys_0002)

DFG

20.

DISPUTATIO
DE
DISCRIMINE
PECCATI VE-
NIALIS ET MOR-
TALIS.

In qua primum vera nosirarum Ecclesiarum sententia de hoc capite doctrinæ Christianæ breviter exponitur: Deinde, quæ eidem opponuntur à Sacramentariis & Pontificiis, modestè expenduntur & examinantur.

Ad eujus Theses
AUXILIANTE DEO TRINNO
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, atq; Clarissimi Viri,
Dn. PAULI TARNOVII S.S.
Theologiae D. & in alma Rostochiensi Academia Professoris primarij,
Publicè respondebit
M. ANDREAS HOJERUS, Usdo-
mo-Pomeranus.
In Auditorio majori 23. Martij.
ROSTOCHII.
Per MAURITIUM SAXONEM. P. R.

ILLUSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI,
ac Domino,

DN. PHILIPPO III.
DUCI STETINI POMERANIAE, CASSU-
biorum & Vandalorum, Principi Rugiae, Comiti Gutzcoviae:
Domino Leoburgensem & Butoviensem,
Domino meo Clementissimo.

Quæ duæ res me abs tua Celsitudine absterrere atq; repellere potuerunt,
PHILIPPE Princeps Potentissime, patriæ pater clementissime, ex
ambæ ad T.C. appellandam, animum impulerunt meum: Celsitudinis
inquam, tua suspienda authoritas: & Theologie divina dignitas.
Litterarissime T.C. exteris etiā cōmemorata authoritas, fuit ut partim humilimā
subiectiōne publicā testificatiōe significet, quam omnijure debito, sive pro acerrima sin-
ceræ religionis defensioe, sive profeti i dilectissimæ patriæ statu, in aurea constantiā
pace firmato: partim ut C.T. humilimè obtestet ut Clementia sua aur: studiorū me-
orū cursum secundet, atq; ita impellat, ut in opzato portu tardē quiescat ja annos
non paucos in Academijs continuatus. Sed & Theologie, è: u: us finu l'æc est natadis-
putatio, incoparabilis dignitas. Quid enim litteratissimo Princepe dignis, quid Chri-
stianissimo heroi prius antiquiꝝ vē potest esse, quam illa eruditio[n]i parti, quæ omīnē
litterariorum redditus, colere, atq; à fanaticis hæresibus vindictata defendere? sed ut tua
quasi solius gloria est Theologorū scholas as̄ due legere, & colere; ita communis est o-
mnium Pomeranorum Principum in religionis veritate singularis constantia. Perre-
pit felici augmento infelix hæreticorum cancer non tantum oras alio sole calentes,
sed & ferè patriæ confines. at, optime Deus, quas quantasq; tibi solvamus gratias
pro patria terrâ, cui laudatissimos, qua heroicā virtute, quā admirabili doctrinā
Principes, Τὸν ἀεὶ ποιεῖς fidelissimos dedisti, ut ovile tuum à lupis tartarinis
εὐχαέστο obseratumq; veritatis januā persuffiat. Sed accipe, Princeps Illustriss: me,
quam T.C. humilimè offero disputationem, exiguum, satq; abjectam, si pagellas nu-
meremus; magnam autem si argumenti excellentiam animūq; in litteratos T. C.
Clementem submissę pensulem. Deus Opt. Max. Illustriss. C.T. diu vegetam atque
incolumem conserveret: gubernationem vero tuam sapientię & justicię presidi, s: o-
mnibus firmet, sarcamq; atq; testa rucatur, ut & orbi patriæ, & litterariorū bonorum
litteratorū diu su bene & feliciter. Ex Academia Illustriss. Megapol. A. 1614. 14. Mar.

T. C. Illustriss.
Subjectiss.

M. Andreas Hojerus, Usdomo-Pomeran.





Iscrimen peccati venialis & mortalis in renatis,
quod traditur in nostris Ecclesijs, ut subinde repe-
tatur, explicetur, & à corruptelis vindicetur, valde
necessarium est ejus enim explicatione theoretica
non rectè instituta, nec tradi nec recipi potest
doctrina ad ædificationem utilis & necessaria. (*vide*

D. Chemnitium in appendice libri à D. Urbano Rhegio edi-
ti, de formulis caute & citra scandalum loquendi, de præcipuis doctrine Christia-
na locis, M. 3. a.) praxis vero ejusdem, præsertim in tentatione, adeò dif-
fícilis est, ut qui illud rectè exercere novit, non parum in theologia
profecisse judicetur. (*ibidem*, M. 5. a. *Confer. Lutheri dicta T. 4. lat.* Ienen-
fi, pag. 39. a. *item*, pag. 160. b. A. C. 1570. & T. 2. *comment. in Genesin. editorum*
Noribergæ A. C. 1550. cap. 17. pag. 88.b.) Idem etiam acriter oppugnat-
partim à Sacramentarijs, qui id Papisticum esse clamant, & ex Eccle-
sia eliminandum scribunt. (*vide colloquium Mompelgard. pag. 382. edit. wi-*
teberg. A. C. 1605. pag. 465. edit. Tubing. A. C. 1587. & Bezan parte 2. reffons.
ad colloq. Mompelgard. pag. 73.) partim à Pontificijs, qui confessionem de
hoc articulo nostram nequaquam suæ traditioni & opinioni de eodem
consentaneam agnoscunt. (*vide Bellarm. T. 4. controversia 2. generali*, lib. 1.
de statu peccati, cap. 8.) Visum est igitur his de causis, inquirendæ stabi-
liendæq; veritatis gratia ad collationem sententiarum piam & placi-
dam pauca de eo proponere: in quibus I. ex scriptura scrutabimur &
docebimus, *An sit discrimin inter peccata renatorum, quæ dicuntur venialia &*
mortalia, & quale illud sit secundum eandem. II. *Argumenta Beze & Bellarmino*
eidem opposita paucis examinabimus.

DE PRIMO.

1. Discrimen esse inter peccata venialia & mortalicia (*que vulgo usi-
tatis magis, quam commodis vocibus ita appellantur; alij malunt regnantia & non
regnantia dicere: vide Herb. compend. p. 257. edit. Lipl. 1581.*) probari potest
scripturæ test. quorum alia conjunctim agunt de utroq; alia seorsim
de alterutro.

2. Prioris ordinis sunt hæc: *Psl. 19. v. 13. 14. Ioh. 3. v. 36. Rom. 8. v. 5.*
ibid. v. 13. 1. Tim. 1. v. 19. 1. Ioh. 3. v. 6. 7. 8. & c. 5. v. 12.

3. Posterioris alia de venialibus tractant, qualia sunt: *Psal. 32. v. 1.*

*Act. 24. v.16. Rom. 6. 12. & 14. cap. 7. 23. l. 8. I. Gal. 5. v.18. & v. 24. 1. Joh. 1. 8.
6. 3. v.21. alia de mortalibus. Ezech. 18. v. 24. Matth. 7.23. Rom. 1.32.c. 6.15.
1. Cor. 6.v. 9. & seqq. Gal. 5. v.19. & seqq. Eph. 5. v.5.6. Col. 3. v. 5. & 6.*

4. Quodnam verò & quale illud discrimen sit, adumbrant variae peccatorū appellationes cū heb. ut sunt, Schegioth, Nistharoth, itē: Reschab, Ascham, Mered, Peshangh, Zedim, & Zadon, & similes: tum græcæ, ανθρα-
κία, ἡ Θάλασσα, ἡ θηλυκή; itē ἡ Θεοβασις, απόβετα, απόθετα, αδικία, δονισ-
τα & alia: clarius idipsum exponunt descriptiones peccati venialis &
mortalis, quæ sunt apud Dn. Philippum in locis comm. & in Exam-
ine, atq; apud alios: dilucidissimè omnium & certissimè scripturæ te-
stimonia, quæ describunt carnis reliquarum malitiam, aut spiritus
contra eas luctantis pugnam, & deniq; vel gratiam vincenti, vel iram
succumbenti denunciant..

5. De Concupiscentia prava tanquam fonte omnium peccatorū originali, & scaturientibus inde motibus actualibus locus insignis est *Iacobi 1. v.14.15.* ex quo veteres, in primis *August. lib.12. de Trinit. c.4.* ut ap-
paret ex *Lomb. lib.2. dist.24.c.5.* aliquot gradus peccati semper tentantis &
aliquando vincentis constituerunt. Nos Chemnitij duetū secuti quinque
que constituimus: 1. τὸ πέριθεν 2. τὸ δελεᾶθεν. 3. τὸ ἐξέλκειν. 4. τὸ συν-
τραπέθεν 5. τὸ τύλεν. (*Bellar. lib.5. de statu peccati. cap. 7.* numerat quatuor gradus hoc ordine: 1. est Concupiscentia appetendi prona ad malum. 2. Suggestio,
quæ est prima apprehensio rei delectabilis, quæ abstrahit & illicit animam. 3. Dele-
ctatio subsequens cum imperfecto consensu: unde peccatum veniale. 4. Consensus
perfectus, & perfectio peccati mortalis.)

6. Quando igitur renati cupiditatibus repugnant, vel in sugge-
stione vel in delectatione, vel in consensu, nec regnare eas permittunt,
ut ipsis obedient, nec præbent membra arma peccato, *Rom. 6.13.* nec
carnis desideria perficiunt *Gal. 5. v.16.* peccatum est veniale, sive con-
donatum: nulla enim est condemnatio ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui
non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum, *Rom. 8. v. 1.*
quando verò indulgent pravis affectibus & tentationi consentientes
peccatum concipiunt, vel edunt, tunc consummatum illud generat
mortem *Iacobi 1. v.15.* & ejus autores jure hereditatis cœlestis, quam-
diu tales, he, per peccatum aversos nec per pœnitentiam ad Deum
conversos, excludit. *1. Cor. 6.10. Gal. 5.21.*

7. Ex dictis liquere putamus, duplex discrimen peccati venialis
& mor-

& mortalitatem in re natu*re* constitui posse juxta scripturam: unum internum ex ipsa natura & conditione peccatorum, quae in alijs est regnans, in alijs non regnans: alterum externum ex accidente sive consequenti utriusque, unde etiam nomina illa vulgaria sunt imposta. Veniale enim dicitur, quod licet in renato maneat, venientem promissionem habet propter Christum, ex gratia Dei misericordia, Ps. 32. v. 1. Rom. 8. v. 1. cum ex sua natura secundum legem consideratum sit morte dignum, Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. mortale autem, quod mortis & damnationis aeternae reatum & comminationem incurrit. Gal. 5. v. 19. neque ejus executionem, nisi per veram penitentiam, effugit, Ezech. 18. v. 21. 22.

8. Ex abundanti addimus consensum trium Theologorum, inter Calvinianos praestantissimorum. nam Petrus Martyr in L.C. loco de lib. arb. §. 26. non obscurè nostram sententiam comprobat his verbis: Peccatorum alia sunt remissibilia, alia irremissibilia, ut peccatum in spiritum sanctum. Remissibilium alia ita condonantur, ut ab eis discedamus, alia vero etiam remittuntur, licet in ipsis propter ignorantiam & infirmitatem, dum haec vita durat, maneat. VV. Wolfgangus Musculus in L.C. p. 32. edit. Basil. A. C. 1564. in fol. ait: Qui a principiis fidei ac spiritu boni ad perfidiam degenerant, omnem suam vitam, quae venientia particeps erat, mortalem constituunt, quales illi sunt, qui cum Galatis spiritu quidem incipiunt, tandem verò carne desinunt. illi condemnationi sunt obnoxii, & eorum peccata non amplius venialia, sed mortalia, nisi resipiscant & ad gratiam sanguinis Christi, unde prolapsi sunt, revertantur: si tamen ita prolapsi sunt, ut resipiscant & redeundi ad gratiam locus esse possit. Scio hic, a nonnullis aliter sentiri: verum quid mibi videatur, absque illorum inuria, liberè dicere. Zacharias Ursinus denique in Volum. tractationum Theolog. p. 209. e. ditarum Neustadij, A. C. 1587. ita scribit: Eadem distinctione peccati (in regnans & non regnans) solet etiam sic exponi, ut dicatur aliud mortale, aliud veniale. Haec appellations ferri possunt, si mortale intelligatur peccatum regnans, quod consolationem & dona Spiritus Sancti excutit, & mergit peccantem in penas aeternas, nisi in hac vita corrigatur: Veniale autem intelligatur non regnans, h. e. cui repugnant credentes, & cuius non propter levitatem peccati, sed propter satisfactionem Filii Dei fidei sibi applicatam ex misericordia & promissione divina obtinent veniam, & venient fiduciam, nec per dilitatur ipsorum salus, et si ante finem vitæ non possint hoc peccati genus effugere. Haec propter Theodori Bezae nostris in Germania Ecclesijs ab ipso in hoc, ut & in alijs fidei articulis dissidentibus, censuram rigidiorem & planè intolerabilem, visum.

fuit addere: ex quibus patere arbitramur, nihil fere hic doceri , quod non comprobatum sit à præcipuis Calvini asseclis , inter quos quin hi commemorati , etiam judicio, adversarij nostri, Theodori Bezæ, sint habendi, ex pœnitentiis ejusdem satis evidenter constat, ubi, præter alias laudes singulis peculiares, illos omnes summos Theologos & suo merito celeberrimos nominantur.

D E S E C U N D O.

1. Expositæ hactenus nostrarum Ecclesiarum confessioni de discrimine peccati mortalis & venialis quid opponant dissentientes Sacramentarij & Pontificij, ex duobus eorum præcipuis doctoribus, Theodoro Beza, & Roberto Bellarmino paucis indicabimus, & quid de eorundem argumentis, quibus nostram sententiam impugnant, statuendum putemus, explicabimus.

2. Theodorus igitur Beza, inter Sacramentarios post Calvinum præcipuus, non contentus in ipso colloquio nostræ doctrinæ (quæ Pæsticam distinctionem nominat) reprehensione , in resp. part. 2.p.69. eandem tribus congressibus ex professo oppugnat , summis ad singulas pugnas Iacobi Andreæ verbis. *Primi congressus* & pugnæ argumentum sunt hæc verba ex colloquio Mompelgardensi, (p. 465. edit. Tüb. p. 382. edit. witeb.) Venialia sunt (inquit Jacobus Andr.) infirmitatis humanæ labes, quæ credentibus & electis non imputantur, secundum illud: *Septies in die cadit justus & septies resurget, quibus Spiritus S. non amittitur.* Mortalia vero sunt scelerata contra legem Dei, secundum illud Pauli, *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.*

3. In his nihil verè & propriè dictum agnoscit Beza , nisi discrimen inter delicta & scelerata: cætera falsò & impropriè pœnè singulæ vult esse enunciata: in ijsq; tria reprehendit. *Num est* , quod inter venialia peccata retulit Jacobus Andreæ infirmitatis humanæ labem: de qua ita censet: *Quænam est obsecro infirmitatis humanæ labes, nisi omniū peccatorum fons & origo? in ijs quidem qui sunt regenerati: nam de istis unis hic queritur, in quibus corruptio dominans mutata est in infirmitatem, ægræ nec sine magno certamine reliquiis illius repugnantem.* R. I. negamus in illis quicquam falsò aut impropriè dictum. quod enim infirmitatis humanæ labem appellavit, quam Beza videtur maluisse lapsum dici(ut colligitur ex oppositione delictorum & scelerum) id, citra ανυγολογίαν, optima ratione statuimus

Natuimus esse factum: siquidem ita sobolem & riuum denotare voluit, ut simul ad matrem & fontem respiceret: & seipsum satis explicat in subjuncto testimonio, quod ex vulgari expositione agit de lapsibus quotidianis sanctorum creberrimis; quanquam alij de ærumnis corundem id malint accipere. R. 2. Crimen falsitatis & impropriæ locutionis retorqueri in Bezam posse optimò jure arbitramur, si quo rigore contra nostros, eodem in ipsum quis uti vellet, neq; enim verè neq; propriè dici videtur, quod corruptio dominans mutata sit in infirmitate, è grē nec sine magno certamine reliquijs illius repugnantem. aliud namque est, (nimirum spiritus primitiæ,) quod repugnat corruptionis pravae reliquijs, quām ipsa infirmitas sive corruptio, cui regnum ablatum est per regenerationē: id quod luctæ inter carnem & Spiritum usitata appellatio ostendit, & docet ratio; quæ inter duos ad minimum pugnam constituit, cum illa infirmitas, in quam mutata est corruptio dominans, tantum sit alter hostium, non uterq;.

4. Alterum, quod carpit, est de consequente Venialium, quæ ait Jacobus Andreæ, non imputari creditibus. Contra quæ ita insurgit Theodor. Beza: Si refertur istud ad Deum ista condonantem, consequetur aut mortalia iſis opposita non condonari; quod si verum, ecquis servabitur? aut hac differentia falso & inepte venialis peccata a mortalibus discerni. Sin verò D. Andreas istud ad naturam ipsam venialium peccatorum ietulerit, quasi quædam non sunt eterna morte digna, age transeat aperte in Sophistarum casira, & eorum peccatorum onus, pro quo mori Christum non oportuerit, in se recipiat, si volet. R. prior argumētatio fallit dicto secundum quid tanquam simpliciter. Nos quomodo venialia habentibus non imputari, mortalia omnibus, qui eis laborat, non condonari, sed imputari statuamus, vel ex testimonij adversariorum, suprà thesi octava membris primi, patet. Unde absurdus istius propositus profligatur, quod ex nostra sententia emergere putat. nā & verū est, quod nos credimus, omnibus in mortalibus peccata prolapsis, quatenus & quamdiu talibus, ea imputari, & iſdem pœnitentiā agentibus condonari, eosq; si non relabantur, salvari. Posterior filio præsupposito laborat, quasi venialiū causam statuamus in ipsorum natura: quod ipse Beza agnoscit à Jacobo Andrea non factum, qui eadē pagina contrariū agnoscet, de quo dubitat an ipsius responsō commonefactus id fecerit, qua sane conjectura non opus erat, cum ex nostrarum Ecclesiarum Doctoribus nemo ita crassè erret.

5. Ulti-

5: Ultimum, quod carpit est de consequente mortalium: quæ mortem
eternam a ferre dixerat Iacobus Andreas, idq; confirmarat ex Apostolo, Si secundum
carnem vixeritis, moriemini. Quæ ita oppugnantur: D. Iacobus istud Pauli Rom.
8. v. 13. ad ista sola, quæ vocat mortalia peccata venialibus opposita restringens,
quomodo rursus non censemitur utraq; secundum sui naturam, illa videlicet ut con-
donatione, i& fu demum vero ut eterna morte digna & stimulare: vel venalia quidem
credere condonari, mortali. t. verò non item? Paulum autem sine ulla peccatorū di-
stinctione verbis illis omnes, in quibus peccatum regnat, comprehendisse, ego quidē
extra controversiam pono. Resp. consequentiam argumentationis nega-
mus, cuius membrum prius fallit præsupposito falso, quasi nos veni-
alia, quæ vocantur, statuamus esse ex natura sua talia, qui ea esse &
vocari ita ex gratia divina, promissionibus declarata, afferimus: posteri-
us fallit dicto secundū quid tanquam simpliciter. quomodo nos cre-
damus renatis venalia habentibus gratiam divinam nihilominus in-
terruptam manere, in mortalia a. incidentibus, quatenus & quamdiu
tales sunt, eandem non obtingere afferamus, & præced. thesi & ante
explicatum est. De Pauli testimonio quod assertur, id nos non oppu-
gnat, qui eo omnes, in quibus peccatum regnat, comprehensos esse
ab Apostolo firmiter credimus, & veniale peccatum, quia cum nō
regnante idem esse statuimus; ideo ab eodem non denotatum esse cō-
cludimus: adversarij verò causam tantum abest, ut hoc stabilitat, ut
etiam planè evertat. Si enim omnes comprehendit illo dicto Aposto-
lus, in quibus peccatum regnat, & inter hos sœpè deprehendantur re-
nati & electi, quod exēplo Davidis & alicrū probatur, necesse est, eos
dem quoq; quatenus & quamdiu tales, mortis aeternæ reatum incur-
rere: quod Beza cum multis suorum complicum negat, affirmant tri-
umviri isti, de quibus thesi ultima in primo membro.

6 Secundi congressus & pugnæ argumentum sunt verba ejusdem
Jacobi Andreæ ex Colloquio Momberg. (p. 466. & seq. edit. Tubing. p. 382.
edit. mitreb.) Infirmitates, inquit, distinguendæ sunt à flagitiis manifestis. Item,
quæ ibidem sequuntur, in quibus declarat, quænam sint illa manifesta
flagitia; Ex nimirum, ut inquit D. Andreas, quæ vocat Paulus opera car-
nis, quæ sunt fornicatio, immunditia &c. quæ qui agunt, regnum Dei non con-
sequuntur.

7- Priora esse vera concedit: sed ad discriminem peccati venialis &
mortalis, quod in nostris Ecclesijs docetur, esse inepta & inutilia, idq;
ita

ita probare conatur: **Quum illa** (infirmitates sive peccata vulgo venialia dicta) & **ista** (mortalia sive flagitia manifesta) mortem æternam mereantur (ut etiam ex legalibus sacrificijs pro peccatis etiam levissimis appareat, & Christi pro ijs preicatione, qui per ignorantiam ipsum crucifigendum iuverant) & utraq; resipiscientibus condonentur: quid ineptius afferri potuit afferendæ isti inter peccata mortalia & venialia distinctionis? Resp. 1. Consequentia negatur, quæ infirma, immo nulla est, quod ad prius membrum attinet, (de posteriori anteā dictum est, thesi quarta) quia laborat fallacia consequētis: Venialia & mortalia peccata natura mortem æt. merentur. E. hac ratione non differunt: inde autem non sequitur, eadem non differre, alia ratione, quæ dependet ex gratia venialibus promissa, mortalibus nequaquam. R. 2. Probatio utraq; aliena est: una agit de eo, quod cōsequitur peccatum ex natura sua, lege divina declarata, nimis mors, quam à creditibus in Christum Salvatorem nostrum translata maestatio sacrificiorum denotabat: cum quæstio sit de gratia per Evangelium renatis bonam militiam militantibus & fidem atque bonam conscientiam retinentibus promissa. Altera ignorantiae juris & affectatæ exempla affert, cum nostri in descriptione peccatorum venialium facti & non affectatam tantummodo admittant. vide L. C. Philippi p. 487. & seq.

8. Posteriora idem ἀπεστριῶσα esse vult, idq; ostendere his verbis nititur: Sed quorsum ista rursus ad illud peccatorum discriminem? Annon enim Apostolus inter hæc peccata, lites, & mulationes, simultates, quæ saepissimè incautis etiam obrepunt, illo catalogo comprehendit? immo quid non admiserit sceleris, cui dominatur ira? & unde etiam omnia levissima peccata, nisi à carne, in ijs, quidē toris, qui regenerati nō sunt, dominante, in regeneratis verò nondum perdonata? Et quū illis carnis operibus Paulus, neq; hoc in loco neq; alibi uspiam opponat ulla infirmitates, quas iste venialia peccata vocat, sed opera Spiritus: quid est verbū Dei ad sensum animi sui derorquere, si hoc non est facere, quod iste facit? R. negam⁹ iterū consequētiā. Probatio prima textum apostoli ultra ejus mentem extendit, non enim ibi agitur de ira, & emulacionibus, simultatibus & litibus, quæ renatis saepissimè incautis obrepunt, & quibus spiritu repugnant. manet igitur inter utraq; discriminē, cum quod ad regnum sive eruptionē, & quod ad primos motus eorumq; suppressionem!, tum quod ad gratiam his, & quod ad iram illis denunciatam. Secunda fallit ignoratio elenchi, non de origine, unde utraq; sint, sed partim de regno &

non regno eorum , partim de consequente est quæstio : quæ in utrisq; sunt diversa, licet fons sit idem. Tertia & falsa est & laborat fallacia consequentis. quod enim Paulus neq; hoc loco neq; alibi uspiam opponere dicitur operibus carnis ullas infirmitates, sed opera Spiritus, id veritati minimè consentaneum apparet insipienti hoc loco Gal. 5. v. 16. & v. 24. Adde Rom. 9. v. 13. Et licet istarum infirmitatum & desideriorum carnis, cum quibus luctandū est renatis, nulla apud apostolum loco allegato exstaret mentio, sed operum spiritus, inde non sequeretur, propterea hoc discrimen esse sublatum : cum scopus apostoli operum spiritus, quibus renati studere debent, mentionem disertiorum contra opposita carnis opera exigat, quām infirmitatum, cum quibus tanquam hostibus pugnant, ut ijs domitis edere actiones spiritus queant.

9. Tertiū & quidē acerrimi conflictus materia sunt hæc D. Jacobi Andreæ verba (ex colloq. Mompelg. p. 466, edit. Tubing. p. 382, edit. VViteb.) Alterum est genus peccatorum, quæ etiam electi deponere non possunt, donec moriantur: sed contra illa usq; ad extrellum vitæ Spiritum pugnant: adeoq; non ex proposito, sed contra voluntatem suam peccant: ut quum quispiam præ alio pronus ad iram contra voluntatem suam irascitur: de quibus peccatis Paulus, Si, quod nolo, illud facio, non idem ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum: &, Nulla est condemnatio ijs, qui sunt in Christo Iesu: &, Beati quorum tecta sunt peccata.

10. De his ita censet Beza: Hæc illa sunt igitur D. Andreæ venialia peccata, tribus differentijs notata, nempe, quæ non possint ante mortem ab electis etiam deponi: contra quæ pugnant electi: quæ deniq; contra voluntatem admittuntur: quæ nota & severa sunt, & divisionis leges servavit D. Andreas, quibus caretur, nec divisionis membra inter se coincidunt, utpote quæ sunt opposita, consequetur, mortalia defimiri, quæ ab electis etiam in vita hac deponi possunt: contra quæ non amplius pugnant electi. & quæ, que cum admittuntur, voluntate admittuntur. Non hoc E. nec illud Resp. Propositionem quo sensu admittamus, partim ex dictisliquet, partim constabit apertius ex dicendis: assumptionem negamus.

12. Assumptionis primum membrum pluribus verbis probat, quæ citra detrimentum sententiæ contracta, (quod etiam in sequentibus fiet) hanc summam habent: Mortalia peccata si statuantur posse deponi, necesse est, statuere ipsum fonte, originale malum (quod est mortale) cum suis rivulis, quæ sunt peccata actualia, cum levissima tum gravissima, posse ab electis prorsus

exi. au-

exhauriri & deponi. At non hoc: quod de priori ostendunt dubitationes de Deo sa-
ctissimorum, Psal. 116. v. 11. Mosis & Aaronis, Num. 20. v. 10. Precatio Christians-
rum, Ne nos inducas intentionem: deniq; Pauli querimonia, Rom. 7. v. 24. de po-
steriori lapsus Davidis licet regeneratissimi , & contrariæ sententiaæ affinitas cum
delirio Anabaptistarum perfectionem somniantium. E. nec illud. R. 1. Proposi-
tionis consequentia negatur, quæ præsupponit falsum tanquam nostrū,
& confundit distincta, non enim statuimus, actuales motus primos ve-
niales prorsus & in totum posse deponi & omitti: sed tantum domi-
nium eorum posse renatos vitare per luctam spiritus. Deinde in ori-
ginali malo ejusq; fructibus primis, actualibus peccatis levioribus, cō-
funditur id, quod merentur natura sua, cum eo, quod promittitur stre-
nuè luctantibus, ex divina gratia. R. 2 Assumptionis ad eum modum, quæ
explicuimus, intellecta negatur. R. 3. Prosylogismus primus maximā
partem alienus est, et si n. David ex infirmitate quadam videatur la-
psus, (quod ex simili loco ps. 31. v. 23. colligi potest,) idem tamen de
Mosis & Aaronis incredulitate dici nequit. Secundus itidē ~~ἀπερδίων~~, si non in totum, saltē ex parte. neq; n. solæ reliquiae carnis nos
intrinsecus tentant, sed etiam alia extrinsecus: & non tam illarum
tentationem, quam nostri dejectionem & victoriam deprecamur. (vi-
de Tertull. de Orat. cap. 8. Cyprianum de Orat. Domin. § 19. August. T. 2. epist. 121. c.
11. ad Probam.) Tertius falsum præsupponit, ut respons. I. ad propositione
m dicitur est. Quantus ἐτεροτρόπος virtus laborat, in questione de
originali concupiscentia, ejusq; actibus primis levissimis, afferens ex-
emplum de secundis, ijsq; gravissimis: quos si deponi sive vitari non
posse, ut originales malum, ejusq; primos motus levissimos, existimat
adversarius, omnes renatos eorundem actū reos, ut David erat, dice-
re necesse habebit: quod est falsissimum. Quintus negatur. Anabapti-
stæ perfectionem nostram in nobis citra ullius peccati contaminatio-
nem constituunt, qui somniant, se eō pervenisse, ut sint ~~ἀναμέτρητοι~~,
quemadmodum loquitur Beza: nos verò in gratuita Dei misericordia
condonantis internam carnis immundiciem, ejusq; motus, quibus re-
sistimus spiritu.

12. Secundum: assumptionis membrum ita confirmat: Si caro in electis
pugnat contra Spiritum, etiam hic contra illam pugnabit: & proinde nulla opera
carnis sive peccata in ipsis erunt citra luctam Spiritus. At prius E. & posterius.
Propositionis connexionem probat, partim ex eo quod Apostoli sententia est reciproca,

tam de lucta spiritus perpetua, quam de carnis agens, Gal. 5. v. 16. partim ex axi-
omate verissimo, Non regnare peccatum in regeneratis, sed tantum esse de ejus tyran-
nide diminutum, quantum in hominis mente & affectibus illi eripuit gratia victrix
in electis necessario futura: id quod vult Sara Abramiq; impatientia, Gen. 16. v. 2.
3. 4. Rebeccæ dolo, ibid. v. 27. v. 11. 12. Mosis Aaronisq; incredulitate, Num. 20. v.
10. Davidis adulterio, 2 Sam. 11. v. 4. probari: in quibus licet caro victrix fuerit,
non tamen sine pugna Spiritus. Resp. 1. Propositionis connexio nititur
petitione principij, sumens pro concessso, quod est controversum, lu-
stantes illos duos hostes perpetuo esse pariter vigiles & strenuos: cu-
jus contrarium probat experientia in multis renatorum. R. 2. Prosyll-
log. propositionis uterq; agit de jure seu de officio renatorum, quod
eportebat Christianos facere, ex præscripto apostoli Rom. 6. 12. h.e. de
renatis, quatenus fidei initium conservant, & reliquijs carnis viriliter
repugnant: at quæstio est de facto plerorumq; excutientium gratiam
per lapsus contra conscientiam. R. 3. Episylogenismus exemplorum
partim alienus, partim falsus est. priora duo scopum non attingunt,
quia neutrum factū contra conscientiam fuit, sed in altero quicquid
inest delicti, id ex ignorantia quadam & tenebris fidei veræ admix-
tis profectum est: alterum vero totum à plerisq; tanquam legitimum
& justum defenditur, quod si tamen aliquid in eo peccatum fuit, illud
totum ab infirmitate profectum creditur. posteriora duo tantisper
falsa statuimus, donec probetur ab adversario, illa Mosis, Aaronis, &
Davidis peccata in extremo actu, de quo agimus, cū lucta Spiritus for-
titer resistentis tentationi carnis, esse perpetrata; quod nos negamus.

13. Tertium assumptionis membrum tripliciter probat: Primo, Si mor-
talia sunt, quæ voluntariè admittuntur, venialia, quæ non voluntariè; tunc ira,
quam venialium in numero habent, nunquam erit scientis & volentis: scortatio,
quam in mortalibus numerant, nunquam ignorantis & non volentis. At non hoc:
quod exemplo Davidis scienter & volenter irascentis, 1. Sam. 25. v. 13. & Loti
ignoranter præterq; propositum scortantis, Gen. 19. v. 33. & 35 probat. E. nec il-
lud. R. 1. Propositionis connexio iterum infirma est propter præsup-
positum falsum, quasi nos statuamus iram & scortationem pro exem-
plis venialium & mortalium peccatorum perpetuis, quomodo unq;
se habeant: quod non facimus. illam enim in classem venialium ad-
mittimus, si sit motus animi excandescentis citra deliberationem &
constans lœdendi alterius propositum, cui repugnetur spiritu: hanc
vero

verò in mortalium, si fiat à sciente & volente. R. 2. Assumtio negatur: cujus probationes sunt alienæ. ira enim Davidis fuit commotio ex certa animi inductione, ad se ulciscendum & lādendum Nabalem suscepit: scortatio autem Lothi fuit hominis mente per curas vinumque turbati, ideoq; Scientia & conscientia pānē tum privati: quod ipse Beza non negaverit.

14. Deinde id ipsum assumptionis suæ membrum stabilit hoc modo: *Si verum est discrimen, falsum est axioma, quo dicitur, Neminem invitum peccare. At non hoc E, nec illud.* R. 1. Propositionis consequentiam statuimus infirmam, quæ facit transitum ex una scientia in aliam: quod nō licet. Philosophiæ enim illud axioma, de peccatis actualibus consummatis, transfertur ad originale ejusq; motus involūtarios censendos: de quibus ipsa ex suis principijs & conclusionibus judicare nequit. R. 2. Assumptionis falsitas ex dictis constat: & rectè ea retorquetur in adversarium ejusq; asseclas, qui electos nunquam voluntariè peccare ajunt: cujus contrarium hīc asseritur, dum neminem peccare invitum assertit Beza, unde sequitur è contrario, omnem peccantem peccare volentem. Quod a. opponunt, electos nunquam peccare tota voluntate: id vel unico Davidis exemplo refelli statuimus.

15. Postremò illud assumptionis suæ membrum tertium confirmata: *Si alia peccata sint prorsus voluntaria, alia omnino involuntaria, periisse necesse est in illis Spiritum, in his carnem, duo actionum in regeneratis principia.* At nō hoc: teste ejulatione apostoli Rom. 7. v. 23. E, nec illud. Resp 1. Propositio falsum præsupponit, quasi denominatio & judicium petatur ab essentia principiorum in nobis agentium: cum illa & hoc fiat ab operatione alterius prævalentis: ipsum principium bonum nihilominus potest manere in renatis salvum, præsertim statim accedente pœnitentia, etiamsi aliquando supereretur. Resp. 2. Assumtio est distingvenda. de ijs, qui fortiter lucentur, tantummodo vera est, ut ostendit exemplum apostoli: non de impiè succumbentibus, qui gratiam accepisse possunt in vacuum, (quod ostendit apostoli admonitio, 2 Cor. 6. v. 1) & tāquam suis lota ad voluntarium cœni redire, postquam contaminaciones mundi semel effugerunt, 2. Pet. 2. v. 20 & seqq.

16. Hæc ad ea, quæ nostrarum Ecclesiarum confessioni de discrimine peccati venialis & mortalis in renatis opposuit Beza, reposuisse hoc loco sufficiat: ex quibus simul constare confidimus, quid sentien-

dum sit de clausula Bezae, quam huic sua dissertationi subjunxit his verbis: *Quae quum ita se habeant, judicet. ex ipsis Germania, quales isti sint conscientiae medici, tum in morborum causis, tum in illorum remedij cognoscendis, & ita, ut oportuit, applicandis.* Sanè, si Bezae judicio huc standum cadendum ve esset, Ecclesiæ, quæ dicuntur Lutheranæ, in universa Germania tam bonos & peritos animæ habent medicos, quam idonei sunt ad corporis morbos sanandos; qui neq; causas eorum scrutari, neq; pharmaca apta & salutaria noverunt ab inutilibus & noxijs dignoscere, multo minus ægrotantibus præscribere. quo posito, ecquid spei de salute Germanorum plerorumq; possit esse reliquum, cuivis non ignaro rationis, qua utitur Deus in nobis vocandis, justificandis & salvandis, judicare facillimum est.

17. Deniq; quanti esse beat apud nos judicium ejusdem, de hac distinctione peccati, similiter ex dictis non obscurum speramus. Illud igitur protulisse fatis erit: quod faciemus Bezae verbis, quæ sunt ejusmodi: *Et hactenus quidem hæc dicta sunt, de hac à Scholasticis exorta peccatorum distinctione: de qua, si quis roget, quid semel mihi videatur: dico bona cum illorum, doctissimorum aliqui Theologorum, pace, à quibus appellationes istæ retenta sunt, quantumvis enigmitæ, mihi tamen videri hanc distinctionem potius ex Ecclesia penitus eliminandam, tum ut impropriam, quocunq; modo explicetur, tum ut periculosissimam. Voces enim istas ostendit latini sermonis usus non posse propriè aliò, quam ad ipsam peccatorum naturam referri, nulla sunt autem peccata sua natura venialia, ne levissima quidem præ alijs, ut appareat etiam manifestè ex Matth. 5. v. 21. Stipendium enim peccati sine ulla exceptione mors est. Sin autem ad Dei judicium istud referatur, venialia sunt omnia peccata per Christi sanguinem abluta in electis, si videlicet peccantibus, ut dono quoq; resipiscant & per eandem beneficentiam semper donentur ante mortem, quoniam mutari vel falli Dei propositum non potest: unico peccato excepto, quod propterea peccatum ad mortem vocatur, quia nunquam remittitur, ideoq; in electos non cadit. Hæc ille: quæ sigillatim excutere non necessarium putamus. Duo obiter tantummodo indicabimus: unum est, de caussis eliminandæ ex Ecclesia hujus distinctionis, quarum prior non sat gravis, non enim ex latini sermonis usu vulgari, sed ex sensu & intellectu theologorū terminis suis utentium istas appellationes esse censendas æquum statuimus: re autem intellecta in verborum usu faciles ut simus, communis omnium intelligentium, & rectè judicantium sententia est. Posterior quomodo consentiat cū*

ijs.

ij*s*, quæ ex Martyre Musculo, & Ursino suprā allegavimus (ut nihil dicamus de scriptura, quam isti nobiscum in allegatis sequuntur) conferenti patebit. Alterum est, quod Beza asserit, venialia esse omnia peccata in electis, excepto unico, quod tamen in eos non cadit: (in quo postremo ei minimè repugnamus.) si tamen censoria quisquam virgula in ejus dicta uti vellet, non minus probabiliter & verè ostendere posset, hoc ipsum cum prioribus malè cohædere, quām Beza ex latini sermonis usu de peccatorum non regnantium appellatione vulgaris & à multis seculis recepta judicare voluit. qui enim dicit, omnia peccata esse electis venialia, excepto unico: is hoc ipsum quod excipit, in eos cadere (quamvis falso) statuit, nisi enim ita statueret, excipere de eo, quod impossibile est, & nunquam contingit, nequaquam posset. Sed ejusmodi ανυπολογίας, quæ etiam in optimis & accuratissimis scriptoribus occurunt, facile ignoscunt, quotquot communis omnium, quantumvis præstantis, hominum, imperfectionis non sunt ignari: ijdem vero æquitatem, quam præstant alijs, optimo ab ijdem reposunt jure, in censendis sive vocibus sive loquendi formulis incommodioribus & durioribus, quas in meliorum defectu necessitas genuit, usus emollivit, enutravit, & confirmavit.

18. Restat nunc, ut videamus, quæ pontificiorum antesignanus Bellarminus discrimini peccati venialis & mortalis, prout in nostris ecclesijs traditur, opposuit. Ea exstant T. 4. Controvers. secunda generali, lib. 1. de statu peccati, c. 8. suntq; in universum tria: (quartum enim, de omnibus peccatis naturā suā mortalibus, quod ibidem tangit, sed, quia commune est nobis cum Calvinianis, aliò differt; nos quoq; in alium locum rejiciemus.) Primo enim reprehendit, quod docemus, venialia peccata ex gratia propter Christum renatis sive credentibus non imputari. Deinde, quod asserimus, ea esse peccata venialia, quæ cum fide consistunt. Deniq; quod talia statuimus, quæ sunt involuntaria, nimirum in renatis, de quibus solis, est quæstio.

19. Primum membrum confessionis nostræ ait Bellarminus, apertè repugnare scripturis & patribus. Primum partem assertionis suæ probare conatur hoc argumento: *Si peccata venialia essent tecta, sive non imputarentur credentibus, scriptura agens de ijs, non diceret, oportere eorum confessionem fieri, remissionem à Deo peri, reatum eorum subiri, deniq; ipsa lavari. At scriptura hoc facit: & quidem in ijs locis, quæ, ex consensu Lutheranorum, deveniali-*

ni alibus peccatis agunt: quod probat ex 1. Ioh. 1. v. 8. & 9. (ubi confessionis necessitas) Matth. 6. 12. psal. 32. v. 6. (ubi petitio remissionis peccatorum) ps. 99. v. 8. (qui agit de reatu & vindicatione) Ioh. 13. v. 10. (in quo lotionis peccatorum fit misericordia.) E. peccata venialis non sunt tecta, condonata vel imputata, sed ligant ac reum faciunt, quamvis facile condonantur ac remittuntur. Resp. 1. Propositionis consequentia negatur, quæ partim laborat fallacia oppositorum, ponendo tanquam pugnantia seq; mutuò destruentia, quæ sunt divinitus coordinata, partim petit principium, sumendo in penultimo membro (de quo ad assumptionem plura) tanquam verum aut concessum, quod est falsum aut controversum. Confiteri enim peccata sua tum venialia tum mortalia, petere eorum remissionem, applicare sibi verâ fiducia Christi merita, atq; ita lavari, adeo non pugnant cum ipsa condonatione, ut hanc, nisi per illa media adultis, (de quibus adversarius agit) Deus largiri & ab iisdem accipi nolit. R. 2. Assumptionis probatio partim falsa, vel certè ambigua est, si statuit Matth. 6. v. 12. de peccatis venialibus agi tantum; partim fallit ignoratione elenchi. quod enim ps. 99. v. 8. putat agi de reatu & poenitentia peccatorum venialium, quas subjerint servi illi tres Dei, Moses, Aaron & Samuel; id consentaneum textui non arbitramur, in quo, de mortalibus & atrocibus totius populi criminibus, agitur loco adducto, quæ cum Deus visitavit, in ira sua misericordia memorem se declaravit, ut Habac. 3. v. 2. loquitur. Quod si tamen de ipsa sanctorum castigatione paterna locu accipere placeat, vocabulum Nokem, quod propriè vindictam irati sonat, modificatè accipi poterit, referendo ad judicium mundi, qui Deum existimat iratum esse ijs, quos ex paterno amore castigat.

20. Posteriorem partem suæ assertionis probat Bellarminus testimonio Augustini extractatu 56. in Johannem: ubi dicit, eum qui in Baptismo totus est ablutus, quia inter homines vivit, humanis rebus afficitur, & pedes ex terra, quam calcat, maculat; nihilominus quotidiani lotione filii Dei interpolantis opus habere, ad ejusq; opem, humili confessione peccatorum praeciente, per processus implorandam teneri. R. Est eadem fallacia oppositorum: ista se mutuò non destruunt: neq; nos oppugnat, qui non affirmamus, ita esse tecta & condonata renatorum creditum peccata venialis, ut ea agnoscere, confiteri, de ijs dolere, eorumq; remissionem fide petere non sit necesse: quod aut ignorat Bell. & falsum nobis tribuit; aut novit,

&

& contra figuratum suum sciens, non contra nostram assertionem,
disputat.

21. Secundum membrum nostrae confessionis, quo dicitur, ea peccata esse venialia, sive non imputari, quæ cum fide consistunt, fallitatis arguere nititur tali argumentatione: *Sie ea peccata sunt venialia, quæ cū fide consistunt, nullum erit mortale, præter infidelitatem: ac proinde sacrilegia, homicidia, adulteria, furta, rapina &c. non erunt peccata mortalia. At hoc est contra manifestam Christi & apostolorum doctrinam, & contra ipsorum Lutheranorum sententiam. E. & illud. R.* Propositionis connexionem negamus esse firmam: quæ nititur falsa hypothesi (ut apparebit ex primo prosyll.) quod sola infidelitas sit opposita fidei: cum eidem in se & quod ad essentiam consideratae, respectu notitia repugnet ignorantia *xat' Διάφαστη*, quæ nihil de vero Deo scit, & *τηλεθέστη*, quæ tantum falsa sibi de ipso persuadet: respectu assensus *πίστης*, dubitationes de Deo: respectu fiduciae, defectus filialis *παρεγγένειας*, eiq; tanquam in extremitate opposita dissidentia, desperatio: respectu horum omnium, *λογισμίας* & cum hac conjunctæ blasphemiae. Eidem verò fiduci quoad operationes, h.e. opera & *ἐργαγέταις* sanctas, quibus vitam & veritatem suam ad extra tanquam indubitatis signis prodit, opponuntur omnia virtus & flagitia: quæ si non regnantia sunt, fides contra ea per Spiritus S. gratiam luctando vincit, & illæsa nitens promissione gratiæ & remissionis manet: sin regnantia, fidei authorem, qui non delectatur in templo polluto habitare, profligant, & applicationem promissionum gratiæ, quæ non sunt factæ malitiosè peccantibus, perdunt, atq; ita fidem extinguunt, i Joh. 3.v.3. & 21.

22. Bellarminus propositionis connexionem probat trib. argumentis. Eorum primum est tale: *Sola opposita unà consistere in eodem subjecto nequeunt. At nullum peccatum est fidei oppositum, præter infidelitatem, E. nullum est præter infidelitatem, quod cum fide consistere nequit. R. 1.* Propositio disting. Opposita enim in gradibus excellentibus non consistunt, sed in remissis. R. 2. Assumptio negatur: ratio constat ex dictis ad propositionem, principalis syllogismi.

23. Secundum argumentum, quo probat connexionem propositionis in principali Syllogismo: *Si alia peccata, præter infidelitatem, excludunt fidem, sanè aut Pontificiorum aut Lutheranorum excludent. At nec illam, nec hanc. E. plane non excludent.* Priorem partem confirmat ita: *Quia multi inter Pōtificios*

tificis sunt peccatores publici, homicidae, fornicarij, fures, ebriosi, qui tamen fidem
habent, h.e. assensum adhibent ijs omnibus, quæ statuit Ecclesia ex verbo Dei, scri-
pto aut tradito, credenda. Posteriorem partem probat similiter: Plurimi
sunt cum inter Lutheranos, qui fiduciam se habere dicunt, & tamen viram turpis-
simam ducunt, erroresq; gravissimos de Christo, Ecclesia, sacramentis, peccatis, justifi-
catione, ceterisq; rebus ad doctrinam fidei pertinentibus fovent, tum inter Calvi-
nianos, Anabaptistas, Trinitarios, & alios, qui habent errores gravissimos, & nihil-
minus certò credunt, sibi Deum propter Christum esse propitium. quod si fiducia illa
stare potest cum erroribus gravissimis, quidni etiam cum sceleribus? R. Assumptio
negatur. nam etiam alia peccata atrociora, præter infidelitatem, ex-
cutiunt veram fidem Lutheranorum: quod ante ostendum est: nec prosyl-
logismus contrarium probat, qui totus alienus est, afferens exempla
cum solius assensu, in quo solo non consistit fides nostra; tum inanis
persuasionis & falsa fidei in questione de vera fide, dum eos
producit, qui flagitosè vivunt, aut haereses fundamenta evertentes fo-
vent, & nihilominus de vera fide gloriantur: quod falsissime fieri testis
est apostolus Paulus, 1. Tim. I. v. 19. Tit. 3. v. 10. 1. Cor. 6. v. 9. Gal. 5.
v. 19. 20. 21. & Jacobus cap. 2. v. 14. 17. & 20.

24. D. Philippi argumentum pro nostra sententia firmissimum hoc
loco producit Bellarminus, idq; eludere conatur: quod quam feliciter
ei succedat, opera & precium videtur, ut expendamus. Argumentatio
pro nostra confessione est talis: *Duo contraria impossibile est simul consistere*
in eodem subjecto. Propositum peccandi, & fides sunt duo contraria: ut ostendunt
utriusq; proprietates. qui enim habet propositum peccandi, fugit & contemnit
Deum: fides autem accedit ad Deum per Christum Pontificem. E. impossi-
bile est haec duo simul consistere. Bellarminus hunc Syllogismum elude-
re volens distinguit assumptionis probationem in parte priori, hoc mo-
do: quod nimis, qui habet propositum peccandi, apprehendat Deum, ut ju-
stum judicem, quod faciunt Catholicæ, sine dubio eum fugiat: sin vero eundem, ut
adeo misericordem apprehendat, (quod Lutheranos facere ait) qui peccata in nobis
vere inherentia & viventia nolit punire, sed tegere, & pro ijs Christi justitiam ac
merita nobis imputare, negat eum ad Deum non accedere: & hanc negationem su-
am confirmat à pari: qui n. persuadere sibi potuit, peccata in se vere manentia sibi
à Deo non imputari, is eadem facilitate credere poterit, propositum peccandi sibi à
Deo non imputari, dummodo Christi merita sua faciat per fidem. Prins competit
Lutheranus. E. & posterius. Propositionis connexionem probat testimonio Calvini &
Lutheri. Calvinus in antidoto Can. 28. §. 6. Concil. Trid. scripsit, etiam in magna

Lapsibus remanere fidem veram & vivam: Lutherus vero in lib. de capt. Babyl. c. de Bapt. afferit, non posse hominem damnari, quantumcumq; peccatis, si stet vel redeat fides: Unde concludit, utrumq; contra Philippum statuere, non esse impossibile propositum peccandi cum fide conjugere. R. 1. Negamus, quod afferit de Lutherenis, quasi apprehendant Deum ita misericordem, ut nolit vivētia in nobis peccata punire. Talis enim apprehensio fit citra verbum: & proinde non est vera fides, neq; veris Lutherenis cōpetit. R. 2. Propositionem in probatione consequentiae negamus, in quo sumuntur paria, quæ sunt disparia. prius concipi potest ex scriptura, i. Joh. 1. v. 8. & seqq. posterius nequit, quod est contra eandem, Rom. 8. v. 13. R. 3. de Calvino, dissentiente in hac quæstione à nobis, non laboramus: Lutheri dictum Jesuitæ tum favere concedemus, ubi hypotheticam & categoricam propositionem unam & eandem esse evicerit.

25: Tertium argumentum, quo probat propositionis in principali Syllog. connexionem, est tale: *Si peccata vel omnia vel saltē graviora cum fide consistere non possent: sequeretur, omnem contaminatum scelere aliquo fieri hereticum: quia fidem justificantem amitteret, quæ sola est vera fides, & quæ amissā, heretici dieimur. At non hoc: quia repugnat tori antiquitati & sensui communī. E. nec illud. Priorem partem probationis in assumptione confirmat à disseritione, quod ingens in Ecclesia semper fuit inter hæreticos & Catholicos malos: illi discedunt ab ecclesia, hi in expediti vivunt: illi doctrinā, hi disciplinam violent: illi Zizanijs, hi paleis: illi lupis rapacibus, hi morbidis ovibus comparantur. Posteriorē partem declarat & probat ab absurdo contrarij: Quia inauditum est in Ecclesia, ob solam fornicationem aut adulterium, aut simile peccatum esse amissam fidem, & factum esse quenquam infidelem & hæreticum, teste August. in lib. quæst. quæstione II. in Matth. & lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 18. R. Propositionis consequentia negatur, quæ innititur falsæ hypothesi, ut appareat ex probatione, quasi omnis, qui amittit fidem, fiat hæreticus: cum ille tantum sit talis, qui fidem Christianam professus errorem cum fundamento religionis veræ pugnante amplectitur & obstinate defendit: ut constat ex definitione hæretici. idem comprobat nomine hæretici, quod non est à nuda privatione, sed à prava dispositione & actu sequente. (Assumptionis in principali Syllogismo confirmationem, citra necessitatem ab adversario institutam, prætermittimus.)*

26: Ultimum membrum confessionis nostræ, quo dicitur, illa sola peccata cum fide consistere, quæ sunt involuntaria, falsitatis coarguit

duobus argumentis: Unum est ejusmodi: Omnia peccata cum voluntaria sunt
involuntaria, præter solam infidelitatem & hæresim, cum fide consistunt. E. non sola
involuntaria. Antecedentis veritatem ex ante dictis constare ait. R. Antecedens
ejusque probatio negatur; de quibus ante.

27. Alterum argumentum est: Quod non est peccatum, non potest dici veniale. Involuntaria non sunt peccata, teste August. lib. 1. lib. de vera Relig. c. 14. E. non sunt venialia: quod tamen a Lutheranis assertur. R. 1. Assumptio negatur, cuius falsitatem ostendit definitio peccati apud Johannem 1. epist. 3. v. 4. & originalis mali contagium ejusque fructus nonnulli, qui sunt in renatis perpetrantibus malum, quod nolunt, Rom. 7. v. 19. R. 2. Pro-syllogismus assumptionis ex Augustino distinctione opus habet, inter naturam integrum & corruptam: & inter peccatum primum & inde ortum, de priori loquitur August. quod negat invaluisse naturam incorruptam, ut febris aut alias morbus sanum corpus, contra voluntatem: quod largimur: sed ita est testimonium alienum: quia hic de peccato inde orto & hærente in natura corrupta disputatur: ubi axioma illud, Nihil est peccatum, nisi idem sit voluntarium, secundum iudicium divinum examinatum, non omnino verum est, licet in civili iudicio idem locum habeat, ut Dn. Philippus monet.

28. Instar Bellarminus contra Philippi assertionem: Augustinus loquitur de eo iudicio, ad quod etiam angelorum malorum peccata pertinent. Ad iudicium civile sive hominum non pertinent peccata angelorum. E. de eo non loquitur Augustinus. R. Propositio laborat fallacia ἐπεργοζητήσεως. Augustinus loquitur de peccato primo, Dn. Philippus de orto: de quo aliud est divinum, aliud humanum iudicium. Alia quæ afferri poterant ex Augustino modo limitante, modo ampliante siuum illud axioma, consulto prætermittimus: (legi ea possunt lib. 1. retract. cap. 13. & lib. 3. contra Iulianum cap. 5. lib. 5. contra eundem cap. 3.) & hic finem facimus, Deum Opt. Max. rogantes, ut depositum coelestis suæ doctrinæ in nostris Ecclesijs purum & incorruptum servet, & nos in veritate semel agnita clementer confirmet.

Amen.

Σφάλματα.

A. 2. a. v. 30. lege, utrisque v. 31. alterutris. A. 2. b. v. 6. Peschah. ibid. v. 18. lege, c. 3. ibid. v. antepenult. b. e. B. 4. b. v. 4. mentio. ibid. v. eodem, vel non imputata.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737674164/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737674164/phys_0023)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737674164/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737674164/phys_0024)

DFG

Lapsibus remanere fidem veram & vivam: Lutherus de Bapt. afferit, non posse hominem damnari, quantum fides: Unde concludit, utrumq[ue] contra Phillipum statutum peccandi cum fide conjungere. R. i. Nega theranis, quasi apprehendant Deum ita misericordia in nobis peccata punire. Talis enim apparet & proinde non est vera fides, neq[ue] veris Luther positionem in probatione consequentia negat paria, quae sunt dispara, prius concipi potest & seqq. posterius nequit, quod est contra R. 3. de Calvino, dissentiente in hac questione Lutheri dictum Jesuitae tum favere concedens & categoricam propositionem unam & eandem.

25: *Tertium argumentum, quo probat propositionem connexionem, est tale: Si peccata vel omnia fide consistere non possent: sequeretur, omnem contaminatum: quia fidem justificantem amitteret, quae sola heretici dicimus. At non hoc: quia repugnat toti antiquitate illud. Priorem partem probationis in assumptione, quod ingens in Ecclesia semper fuit inter hereticos credunt ab ecclesia, hi in ea perdite vivunt: illi doctrinam Zizanis, hi paleis: illi lupis rapacibus, hi moribus oriorem partem declarat & probat ab absurdo: est in Ecclesia, ob solam fornicationem aut adulterium, missam fidem; & factum esse quenquam infidelem & lib. quest. questione II. in Matth. & lib. 4. de Baptismi. R. Propositionis consequentia negatur, quae in ut appareat ex probatione, quasi omnis, qui amicorum ille tantum sit talis, qui fidem Christianam cum fundamento religionis vera pugnantem a te defendit: ut constat ex definitione heretici. id h[ab]et h[ab]et, quod non est a nuda privatione, sed a pericolo sequente. (Assumptionis in principali Syllogismo constitutem ab adversario institutam, praetermittimus.)*

26: *Ultimum membrum confessionis nostra peccata cum fide consistere, quae sunt involunta-*



the scale towards document

*pt. Babyl. c.
et vel redear
ipsoibile pro
erit de Lu
nolit vivē
a verbum:
R. 2. Pro
sumuntur
Joh. 1. v. 8.
m. 8. v. 13.
aboramus:
heticam
rit.*

*principali
aviora cum
uo fieri la
quā amissā,
mmuni. E
a discernit
os: illi dis
violant: illi
Poste
maudirum
um esse a
August. in
as cap. 18.
pothesi,
ereticis:
rrorem
obstina
at nomē
ne & a
necessitā*

*illa sola
o arguit
dug-*

Image Engineering Scan Reference Chart TEC6 Serial No.